

122  
omnis institutum fuit, ad S<sup>tem</sup> suam in presentia  
scribimus, eamque rogamus, ut cum magnum illi locis  
ad religionis instaurationem presidium inde et adju-  
mentum accesserit, deinceps quo ad illius perpetua-  
tionem necessaria sint, paterne suppeditet, quen-  
admodum ex adjuncto litterarum nostrarum exem-  
plo patebit. Si enim subtracta aliquando susten-  
tatione solita, illud ibi incidere contigeret,  
videt Paternitas vestra, quae religionis inde  
jactura, quod detrimentum sequeretur. Ad quod  
precauendum etsi non dubitamus, quin ipsa prout  
rerum Germanicarum perita, eisque ultro addicta  
est, libenter suam operam interpositura sit;  
tamen ut singulare nostram hac in re deside-  
rium manifestius ostendamus, idem negotium  
ipsi majori studio commendamus, in quo pro-  
mouendo rem imprimis piam, deo gratam  
et provincis illis utilem, quam et Nos sapienter  
Nostra benevolentia agnoscimus, presti-  
tura est. S. V. quam in multos annos bene-  
feliciterque valere optamus. Datum in arce  
nostra Regia Pragae die 2. Mensis Martij  
1584.

Ad Cardinalem Madrutium  
de negotio Mirandalano.

123.  
Rudolphus p. Quid Mirandalani Conites contra diu-  
quondam Carolum V. Imperatorem Inimicum Magnam Pa-  
triam et avum nostram observantissimum Aug. a-  
mem. deliquerint, cur feudum Imperiale, quod  
obtinebant, caducum fieret, et post illos deinde  
quis status ad hoc usque tempus ejusdem Comitatus  
fuerit, S. V. R. non ignorat. In presenti vero  
dam Comitissa, quae continuata a suis usurpatione

sitionem illam obtinet, per alios ad clientelam nostram  
se convertit, nostram protectionem implorari curavit,  
ut scilicet, quod hactenus neglectum et nullo titulo usur-  
patum est, emendet: Super quo dum pro rei gravitate  
plenè ac mature deliberandum ducimus, antequam vo-  
luntatem nostram declarem, ipsam alibi refugium  
querere intelligimus. Id autem cum contra jus et  
auctoritatem cum Nostram tum sacri Imperii sit,  
precauere merito debemus, ne quid hæc in re nobis  
aut sacro Imperio in fraudem, in præjudicium ad-  
mittatur. Quamobrem à Pte. Vra Rma, cuius  
equitas et promptum erga nos studium multis jam  
ante Nobis documentis perspecta sunt, benevolè  
requirimus, ut si quid tale præfatam Comitissam  
isthic apud Pontificem Max. aut apud sedem Aposto-  
licam procurare intellexerit, id impedire tanquam  
juribus et auctoritatibus tum nostris, tum sacri Imperii  
contrarium, curet. In eo facit Ptas Vra Re-  
verendissima rem nobis gratissimam, et opinione  
quam de ipsius equitate habemus, dignam, Cesaræ  
nostra benevolentia agnoscendum. Datum Pragæ  
12. Mensis Martij 1589

Ad Kivenhiller de negotio Mirandu-  
lano.

124)

Generose, fidelis Nobis dilecte. Quod Mirandulani  
Comites contra Divum etc. et quæ sequuntur in præ-  
cedenti epistola mutatis mutandis tandem ita conclu-  
ditur. Quam ob rem tua cura clementer comitimus,  
ut si quid tale præfatam Comitissam isthic apud  
Reverendissimum Hispaniarum Regem Catholicum,  
avunculum, sororium et fratrem nostrum cha-  
rissimum procurare intellexeris, id impedire tan-  
quam juribus et auctoritatibus tum nostris, tum Imperii  
sacri